

DE

THEOCRITI IDYLL. I. II., BIONIS  
EPITAPHII ADONIDIS, MOSCHI EPITAPHII  
BIONIS, VIRGILII ECLOGAE VIII

RATIONE STROPHICA

SCRIPSIT

**FRANC. CASPAR GOEBBEL**

PHIL. DOCTOR.



THEORIE DER BIONIK  
VON F. H. BION

BRUNNEN VERLAG  
BERLIN

FRANZ CASPAR FORNBERG

„Quemadmodum Theocritus in universum canticorum formam descripsit elegantius, ad certam artis normam composuit, et tum canentium conditioni ac moribus, tum animis legentium leniter agitandis egregie accommodavit: ita in lyricis in primis versus, quos intercalares vocant, non raro repetiit, intervallo longorum ac brevium aequabili quadam varietate orationem distinxit, de industriaque, non ex insidiis, sed aperte ac palam in eo elaboravit, ut et in singulis versibus disponendis vincendisque, et in omni orationis habitu verba verbis quasi demensa iungerentur ac paria paribus responderent. Admissa hac carminum distributione apparebit, qua arte, quove iure his carminibus restituenda sit pristina membrorum aequalitas.“ (Adumbratio quaestionis de carminum Theocriteorum ad genera sua revocatorum indole ac virtutibus. Auctore H. C. A. Eichstaedt, Lipsiae, 1794, p. 9.) Haec non solum in Theocrito recte aestimando atque iudicando summi esse momenti, virorum doctorum conatus satis luculenter demonstrant. Nam omnibus literarum antiquarum peritis notum est, recentiore tempore multa carmina in strophas esse divisa, quae antea astropha esse putabantur. Sic Meinekius Berolinensis carmina lyrica Horatii, Hermannus Lipsiensis Virgilii eclogam VIII et carmina epitaphia Bionis et Moschi, Köchly Turicensis Theocriti idyllia atque etiam Iliadis librum II ad certas quasdam leges constituere conati sunt. Catonis Dirarum strophicam compositionem in singulari dissertatione, quam ante annum in lucem edidi, non infelici, si quid video, successu restitui.\*)

\*) „Ueber die strophische Composition der Dirae des Valerius Cato. Mit einigen kritischen Bemerkungen. Warendorf. Druck und Verlag von J. Schnell. 1861.“ Quum postmodum Eclogam paullo accuratius tractare coepissem, mox intelligebam, eum haud procul a vero abesse, qui hoc quoque carmen in strophas divisum a poeta fuisse statueret, quamvis nullus inveniretur intercalaris, qui distinguendis strophis inservire posset. Plura autem sunt, quae me ut ita putarem commoverunt. Namque primo invenitur in carminis prioribus versibus aliquid intercalarium simillimum; conferas si placet v. 1: Invideo vobis agri formosaeque prata;

v. 8: Invideo vobis agri: discetis amare;

v. 20: Invideo vobis agri: mea gaudia habetis,

quorum duo priores stropham primam octo versuum circumcludunt, tertius tertiam eandemque octo versuum stropham incipit. Interiacet autem stropha duodecim versuum, v. 9—19.

A versu 28 incipit quarta stropha, quae undecim versibus continetur, v. 28—38. Quinta denique stropha versus octo, 39—46, complectitur. Versus 47—57 stropham efficere nihil impedit quominus statuamus, quamvis eius partis, quae sequitur, integritas magis dubia videatur. Sequitur stropha octo versuum, v. 58—65. Versus 66 est difficillimus, neque quidquam editorum

Ac sane omnium maxime est credibile, multo frequentius divisionem illam poëtis antiquis adhibitam esse, quam vulgo creditur. Eorum namque carminum, quae compositionem strophicam evidenter produunt, admodum pauca inveniuntur, ut Calpurnii ecloga XI, Catonis Dirae et poëmata quaedam lyrica, in quibus strophae diverso versuum genere discernuntur: longe autem plurima neque intercalari versu, neque metri diversitate ullam divisionem certam ostendunt. Quod qui factum sit, haud ita difficulter demonstrari potest. Librarii enim quum strophas in ipsis carminibus indicatas non animadverterent, vel addendo vel demendo integram poëtarum scripturam perturbarunt, quod etiam in iis carminibus, quae versum intercalarem habent, accidisse veri est simillimum. Namque scribendi labore supersedentes versum, quem saepius repetitum videbant, omiserunt, quum locum eius signis indicasse sufficere putarent; quae deinde signa a posterioribus non intellecta pristinam carminum dispositionem perverterunt. Quo factum est, ut plura carmina poëtarum antiquorum, quae ephymnia habent, nullam stropharum aequalitatem prodant, sed minoribus maioribus partibus intercalaris subnexus esse videatur. Omnium autem maxime carmina bucolica hoc malo laborant, quum vix quidquam in iis sanum atque integrum iudicari possit. Tamen difficile est ad credendum, divisionem strophicam ab iis abesse. Quid enim sibi vult versus saepius sine ullo ordine repetitus, si ad stropharum magnitudinem nihil valet? Atque aegre credi potest, Theocritum, Bionem, Moschum, Virgilium plane ignorasse, quantum pulchritudinis e stropharum responsione in carmina redundet, et versum intercalarem ad stropharum aequalitatem efficiendam esse aptissimum? Neque tamen ubique facile animadverti potest, qua ratione dividendi poëta usus sit, quum omnes bucolicorum libri manuscripti vehementer depravati ad hanc aetatem pervenerint, ut plurimis locis dubium de integritate oriatur. Levi autem negotio omnes ii de ephymniorum positione iudicare possunt, qui poëtas carmina illa *σχεδιάζοντας* fecisse putant. Ephymnia explere intervalla, quae singulas strophas discernant separentque. Poëtam meditari, dum alii ephymnia canant. Esse autem ex cogitandi ratione, ut modo maiores, modo breviores sententias mens concipiat. Inde aliam stropham alium

opera ad sanandum locum effectum est. Res est simplicissima, si tres versus interesse censemus, qui fortasse librario religioso bonis moribus officere videbantur. Quod si recte suspicatus sum, efficitur stropha undecim versuum v. (3) + 66 — 73. Restant septem versus, qui stropham prima uno versu minorem quum efficiant, unum versum inreruisse veri simillimum est. Totius igitur carminis stropharum ratio haec statuenda est:

str. a, v. 1—8 = 8 v.	str. b, v. 28—38 = 11 v.	str. a, v. 58—65 = 8 v.
str. b, v. 9—19 = 11 v.	str. a, v. 39—46 = 8 v.	str. b, (3+) v. 66—73 = 11 v.
str. a, v. 20—27 = 8 v.	str. b, v. 47—57 = 11 v.	str. a, v. 74(+1)—80 = 8 v.

Hanc distributionem non ex arbitrio factam esse, sententiarum, quae quaque stropha exprimuntur, indoles atque natura satis luculenter prodit, quod quam verum sit facile quisque vel obiter legendo animadvertet; quare necesse non est, ut cuiusque strophae sententiam principalem hoc loco, ubi brevitate opus est, pluribus exponam.

versuum numerum habere. Haec de ephymniorum natura sententia quamquam maxime ad verum accedere videatur,<sup>1)</sup> tamen inde stropharum inaequalitas non sequitur. Est enim probabile, etiam homines populares in condendis carminibus ea dexteritate fuisse praeditos, ut facile stropharum responsionem efficere possent. Ad hoc accedit, quod poëtae, qui bucolica carmina fecerunt, cogitandi minime imperiti, sed in litteris multum versati erant. Itaque etiam haec causa, quae ex origine ephymniorum petitur, nihil ad litem decernendam afferre potest, sed omnis disputatio ad ipsorum carminum rationem habitumque redit.

### I. De Theocriti carmine primo.

Duo huius carminis sunt ephymnia, unum, quo Musae ad incipiendum, alterum, quo ad finiendum cantum excitantur:

ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλοι (πάλιν), ἄρχετ' αἰοιδᾶς,  
λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι ἴτε, λήγετ' αἰοιδᾶς.

Prior versus in nonnullis locis ita variatur, ut pro φίλοι ponatur πάλιν, de quo infra disputabimus.

Nihil autem ad stropharum rationem faciunt v. 65:

Θύρσις ὄδ' ὠξ Αἴτνας καὶ Θύρσιδος ἄδ' ἅ φωνά,

et v. 141, 142, 143:

καὶ τὸ δίδου τὰν αἶγα κ. τ. λ.,

quum prioris sententia nihil cum oda habeat commune, alteri tres epilogi loco sint. In vulgatis edd. quindecim locis ephymnium legitur, v. 64, 70, 73, 76, 79, (84), 89, 94, 99, 104, 108, 111, 114, 119, 121.

Plerique editores v. 84 uncis incluserunt, quod v. 85: *ξατεῦσ'* ephymnio male separari videbatur. Sed hic locus bene sanari potest. Nam si forma codicum: *ZATEICA*, *ZATEY C<sup>3</sup> A*, *ZATOICA*, *ZATEY C<sup>3</sup> A* inter se comparaveris, dubium esse non potest, quin *ξατεῖ σ'* ᾧ vera librorum scriptura sit. Iure igitur Meinekius in editione bucolicorum maiore recepit. Ita enim et codicibus satisfecit et v. 84 uncis liberavit. Ahrens autem *ξαλω σ'* scripsit et v. 84 post v. 85 posuit. Sed iniuria. In editione minore Lips. 1850 versuum ordinem intactum reliquit. (Cf. de hoc versu C. F. Hermann, de Daphnide Theocriti, not. 41, qui *ξατεῖ σ'* ᾧ meliorem scripturam iudicat.) Aliquanto audacius Ahrens cum vv. 77, 78, 79 egit, quum eos ex carmine in marginem posuerit. Qua in re argumento vir doctissimus levissimo utitur: „Versus 77—79, quos eieci, scholiastae non legerunt, qui ad v. 92. Mercurium non commemorant.“ Sed ad v. 77 scholia vet. haec habent: *Ἦνθ' Ἐρμᾶς: πρῶτος Ἐρμῆς ἦλθεν, (ἢ ὡς νόμιος) ἢ ὡς φίλος Δάφνιδος, ἢ ὡς*

ἐραστής. Cui scholio non adversantur quae ad v. 92 leguntur: *Τῶς δ' οὐδ' ἐν ποτελέξασθ' ὁ βουκόλος: πρὸς τοὺτους δὲ, οὕστινας ἀνάθεν εἶπομεν, ἦτοι τοὺς βούτας, τοὺς ποιμένας καὶ τοὺς αἰπόλους, τὸν Πρίαπον καὶ τοὺς λοιποὺς οὐδὲν τι ἐφθέρξατο ὁ βουκόλος.* Videtur enim scholiasta parum accurate omnes, qui venerunt, hoc loco enumerasse, quum etiam τοὺς λοιποὺς venisse dicat, quos inter Mercurium quoque fuisse veri est simillimum. (melius veriusque dictum esset: ὡς πατήρ, Mercurius enim Daphnidis pater habebatur, cf. Parth. narr. am. 29. Diod. 4, 84.) Cur Mercurius apud antiquos pastorum deus habebatur. Cf. Hom. hymn. in Merc. v. 567 sqq.; Il. 14, 490; 16, 180 sqq.; Hes. theog. 444: Ἐσθλή (Ἐκάτη) δ' ἐν σταθμοῖσι σὺν Ἐρμῇ ληίδ' ἀέξειν; Odys. 14, 435; Aristoph. Thesm. 977: Ἐρμῆν τε νόμιον ἀντομαι καὶ Πᾶνα καὶ Νύμφας φίλας; Paus. APK. 16, 1, ubi nymphae Mercurium recens natum lavisse in fonte dicuntur. Hoc accedit, quod Virgilius Ecl. X, 16—23:

stant et oves circum: — nostri nec poenitet illas,  
 nec te poeniteat pecoris, divine poëta:  
 et formosus ovis ad flumina pavit Adonis;  
 venit et upilio, tardi venere bubulci,  
 avidus hiberna venit de glande Menalcas.  
 Omnes, unde amor iste, rogant, tibi? Venit Apollo:  
 Galle, quid insanis, inquit, tua cura Lycoris  
 perque nives alium perque horrida castra secuta est,“

evidenter ad hunc nostrum Theocriti locum respexit. Nam etiam Virgilius deum, etsi alium, venientem facit, Apollinem, qui idem antiquis erat νόμιος θεός s. νομεύς. cf. Pind. Pyth. 9, 66: ὀπάων μῆλων; Soph. El. 6: τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ ἀγορὰ Λύκειος . . . ; Eur. Alc. 8: ἐλθῶν δὲ γαῖαν τήνδ' ἐβουφόρβου ξένω; Virg. Geo. 3, 2: pastor ab Amphryso cum Pale, dea pastorum, memoratur. Conferas praeterea, si placet, Virgillii verba:

„unde amor iste tibi?“

cum Theocriti v. 78:

„τίς τν κατατρήχει; τίνος ὄραθὲ τόσον ἐρασσα;“

Virgillii auctoritas in Theocrito recte aestimando corrigendoque summi facienda est. Nam et proxime ad Theocriti aetatem ascendit et perfectam ubique bucolicorum scientiam prodit. Meinekius vv. 77, 78 retinuit, sed ephymnium v. 79. eiecit. Nullam tamen addit rationem, qua commotus sit. Sed optime v. 79. retinetur, quum Mercurium deum a pastorum grege separet. Dii enim superiores separatas a vulgo sedes habere amant. Itaque vv. 77—79 locum suum iure tuebuntur. — Versum 86:

βούτας μᾶν ἐλέγειν, νῦν δ' αἰπόλω ἀνδρὶ ἔοικας

Ahrens eiiciendum putat, scilicet ut stropham duorum versuum efficiat, quum tamen in edit. min. 1850 eum retinuerit. Equidem non video, quid hunc versum suspectum

reddat, quum eius sententia ab loco illo non sit aliena, et integritas libris MSS. satis confirmetur. Ac de sententia hoc animadvertere sufficiat, caprarios bubulcis inferiores habitos atque hircorum libidinem in ipsos caprarios esse translata: „Bubulcus dicebaris, nunc vero caprarius videris esse, quemadmodum enim caprarius etc., sic etiam tu, quum etc. Cf. de hoc loco Hermann, de D. Th. p. 13 sq. Meinekius Hauptium secutus v. 89 post v. 91 posuit. Videbatur enim Priapi oratio intercalari male divelli. Sed necesse non est, ut vv.:

„τῶς δ' οὐδὲν ποτελέξατ' ὁ βουκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ  
 ἄννε πικρὸν ἔρωτα καὶ ἐς τέλος ἄννε μοίρας“

a praecedentibus ephymnio separentur, neque quidquam impedit, quominus vv.:

„καὶ τὸ δ' ἐπεὶ κ' ἐσορήσ τὰς παρθένος οἶα γελᾶντι,  
 τάκεαι ὀφθαλμῶς ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις“

ephymnio post v. 88posito separatum locum obtineant. Prorsus enim simile quiddam paullo ante invenitur, ubi v. 84 item Priapi orationem intercalaris dirimit. Neque tamen Meinekius v. 84 eiicere ausus est. Nimis audacter Ahrens cum vv. 92. 93 egit, qui cum v. 86 eiicendi erant, ut duae strophae binorum versuum efficerentur. Sed parum recte. Daphnis enim dolore excruciatu Mercurio, pastoribus et Priapo nihil respondet, quod illis culpam doloris tribuere non potest. Venus autem gravissimam Daphnidis vituperationem iramque sibi contraxerat. Hanc igitur Daphnis optimo iure convicio carpit. Ceterum relationem quandam inter v. 92 et 100 intercedere probabile est:

v. 92: τῶς δ' οὐδὲν ποτελέξατ' ὁ βουκόλος

v. 100: τὰν δ' ἄρα χῶ Λάφνις ποταμείβετο

i. e. ad eos nihil bubulcus locutus est, huic autem Daphnis respondit. Illud καὶ in χῶ oppositionem augere videtur. Mirum in modum huius loci sententiam pervertit Ameisius in Adnotatis in Theocrit. Spec. I. p. 5. verba: ἄννε πικρὸν ἔρωτα vertens: „suchte zu bewältigen“, quae sententia longissime ab hoc loco abest. Melius Vossius:

„ . . . . . sondern im Herzen

trug er die quälende Lieb', und trug bis zum Ende das Schicksal,“

quamquam ne haec quidem loci sententiam plane reddere videntur. Verbum enim ἀνύειν (cf. Benfey, Gr. W. L. I. p. 121, Passow s. v. ἀνύω) significat extollere, in die Höhe bringen, fördern, e. g. Theocr. VII. 6. Mein.: βούρηναν ὅς ἐκ ποδὸς ἄννεσε κρᾶναν; tum aliquid ad finem perducere, perficere, e. g. XXI. 19: κοῦπω τὸν μέσατον δρόμον ἄννευ ἄρα Σελάνας. XVIII. 17: . . . ἄπερ ἄλλοι ἀριστέες οὐκ ἀνύσαντο. Bion. V. 8: . . . κιδάσαν ὡς ἄννεσ' Ἀπόλλων, cf. VII. 6.

Ex hisce quos attulimus locis versus 93 haec erit sententia: „aber er beharrte im Liebesgram, beharrend erfüllte er sein Schicksal.“

Τέλος enim μοίρας est finis, qui a fato oriundus Daphnidis vitae constitutus erat. Fuit autem is finis, ut amore periret. Pertulit igitur acerbum amorem usque

ad finem a fato ei constitutum, ut amando moreretur. — Huic mea interpretationi video magnopere favere Schol. v. 92: „(τὸν ἑαυτοῦ ἔρωτα) εἰς τὸ τέλος ἦνευ, ἦγουν ἔσπευδε τὸ τῆς μοῖρας, ἦγουν, ὃ ἡ μοῖρα αὐτῷ ἀπεκλήρωσεν.“

Non minus audacter Ahrens cum versibus 106, 107, 108, 110, 111, 119 egit, quos e carmine eiecit. V. 107 etiam Valckenarius, Zieglerus et Meinekius spurium putant difficileque eius integritas probari poterit. Itaque eum eiicere non dubito. Aliter tamen atque Ahrens de versibus 106 et 108 iudico. Versus 106 ita explicandus est, ut scholiastae interpretantur. Versum autem 110:

*καὶ πῶκας βάλλει καὶ θηρία πάντα διώκει*

optime Dahlius explicuit<sup>3)</sup> neque Meinekius eum eiecit. Ephymnium v. 111 rationi stropharum Ahrentis obstitisse videtur. Meinekius quidem v. 106 retinuit, sed ephymnium v. 108 eiecit. De versuum 120, 121:

*Δάφνις ἐγὼν ὄδε τῆνος ὃ τὰς βόας ᾧδε νομεύων,*

*Δάφνις ὃ τὰς ταύρας καὶ πόρτιας ᾧδε ποτίσδων*

positione consentiunt, quum uterque Hauptium secuti eiecto ephymnio v. 119 eos post v. 130 posuerint. Quamquam enim eo quem vulgo habent loco haud absurdi apparent, tamen Iacobsii et Kiesslingii explicatio, in qua schol. sequuntur, parum mihi probatur: „Ego ille Daphnis, qui in his saltibus armenta pavi, non amplius hic versabor.“ Propius fortasse ad verum accedas, si suppleas *ὑμᾶς χαίρειν λέγω*. Melius tamen hi duo versus cum v. 130 iunguntur, ubi optime ad sententiam faciunt.

In vulgatis editionibus ephymnii mutatio fit v. 127:

*λήγετε βουκολικᾶς Μοῖσαι, ἔτε, λήγετ' αἰοιδᾶς.*

Hic tamen locus virorum doctorum suspicionem movit, quod ista fit mutatio in media invocatione Panis. Ahrens nihil mutavit; Meinekius autem iam v. 114 mutationem fecit. Contra Hauptius in Mus. Rhen. nov. tom. IV. p. 260 sq. ephymnium *ἄρχετε κ. τ. λ.* substituere vult.<sup>4)</sup> Sed hae virorum doctorum sententiae nullius codicis auctoritate confirmantur, neque quicquam mutandum est. — Iam Meinekii et Ahrentis carminis divisiones strophicas proponere liceat, quibus meam, quae omnium maxime cum vulgari consentit, subiungam.

I. Meinekii:

e<sup>1</sup>. 5. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 6 (eph. v. 79 ei.). e<sup>1</sup>. 6. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 4. e<sup>1</sup>. 4. e<sup>1</sup>. 4 (vv. 107. 108 ei.). e<sup>1</sup>. 2. e<sup>2</sup>. 4. e<sup>2</sup>. 4. e<sup>2</sup>. 5 (eph. v. 122 ei.). e<sup>2</sup>. 5. e<sup>2</sup>. 4. e<sup>2</sup>.

II. Ahrentis:

Pars I. e<sup>1</sup>. Str. α'. 5. e<sup>1</sup>. str. β'. 2. e<sup>1</sup>. str. β'. 2. e<sup>1</sup>. (ei. vv. 77. 78. 79.) str. α'. 5. e<sup>1</sup>. (v. 84 post v. 85 pos.) str. β'. 2. e<sup>1</sup> (ei. v. 86.) str. β'. 2. e<sup>1</sup> (ei. vv. 92. 93.)

Pars II. str. γ'. 4. e<sup>1</sup>. str. γ'. 4. e<sup>1</sup>. str. γ'. 4. e<sup>1</sup>. (ei. vv. 106. 107. 108. 110. 111.) str. γ'. 4. e<sup>1</sup> (ei. v. 119.)

Pars III. str. δ'. 4. e<sup>2</sup>. str. ε'. 5. e<sup>2</sup> (vv. 120. 121 post v. 130 posuit.) str. ε'. 5. e<sup>2</sup>. str. δ'. 4. e<sup>2</sup>.



III. Nostra:

v. 64 prophonema. (cf. not. 2.) v. 65 carminis inscriptio. \*)  
 e<sup>1</sup>. 4. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 4. e<sup>1</sup>. 4. e<sup>1</sup>. 4. e<sup>1</sup>. 4. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>. 2. e<sup>1</sup>.  
 4. e<sup>1</sup>. 4. e<sup>2</sup>. 5. e<sup>2</sup>. 5. e<sup>2</sup>. 4. e<sup>2</sup>.

Quam stropharum divisionem ut efficerem, nullas mutationes violentas tentavi, nisi quod versus 107 eiicerem et versus 120. 121 cum Hauptio, Meinekio et Ahrente post v. 130 ponerem. Ahrentis autem stropharum responsio ingeniose quidem concepta docteque proposita est, sed nimis ab librorum auctoritate recedit. Meinekio quidem magis ad libros sese applicuit, sed hoc cum Ahrente habet commune, quod ephymnia ex arbitrio posuit, quasi in libris non exstarent. Ceterum Greveri, viri de Theocriti carminibus recte explicandis optime meriti, sententiae accedo, qui hanc carminis partem a Theocriti ingenio alienum putat (cf. l. c. p. 25 sqq.). Nam praeter sententiarum difficultates et absurditates etiam cogitandi ratio, quam vir doctissimus non attigit, a Theocrito alienissima est, atque rudem artisque scribendi imperitum hominem prodit, cf. v. 132—136. 5)

Ut de numero et positione ephymniorum VV. DD. dissentiant, ita etiam non satis inter eos constat, ubi in priori ephymnio *φίλοι*, ubi *πάλλιν* scribendum sit. Heinsius enim in editione Commeliniana a. 1604, Valckenarius, Brunckius, Kiesslingius, Schaeferus, Ahrens in editione minori ubique *φίλοι* scripserunt. In editione autem maiori Ahrens in ephymnio stropharum *γ' γ' γ' γ'*, qui loci versibus vulg. 99, 104, 114, 122, respondent, *πάλλιν* recepit. Ab Ahrente Meinekio discessit, qui Hauptium 6) secutus vv. 94, 99, 104, 111 *πάλλιν* scripsit. Versus enim 92. 93 tanquam mesodum totius carminis esse putat. Neque libri MSS. certam legem sequuntur, quum alii aliam singulis locis lectionem exhibeant. Iuvabit autem locos apponere, in quibus *πάλλιν* invenitur. Qua in re siglis numerisque Ahrensianis utor, vulgatos uncis inclusos addidi:

v. 72 (73): *πάλλιν* k. a<sup>2</sup>. p; v. 75 (76): *πάλλιν* k. p<sup>4</sup>; v. (79): *πάλλιν* k. a. p.  
 16. P. Y. Med.; v. 81 (84): *πάλλιν* k. a. p. 16. D. P. Q. Y. Med.; v. 84  
 (89): *πάλλιν* k. p. P. et cum v. l. *φίλοι* Q.; v. 87 (94): *πάλλιν* p. D. P.; v. 92  
 (99): *πάλλιν* p. Q.; v. 97 (104): *πάλλιν* p. Q.; v. (111): *πάλλιν* D.; v. 102  
 (114): *πάλλιν* p. Q.; v. 107 (122): *πάλλιν* p. Q. Med.

Ad hos codices accedit is, quo scholiasta ad v. 84 usus est: *γράφεται Μοῖσαι πάλλιν. τὸ πάλλιν ἐξ ὑποστροφῆς ἀρχὴν ποιούμενός φησιν.* Hoc in codice igitur primum *πάλλιν* v. 84 scriptum erat. Alioquin scholiasta prius notasset. Quae codicum vestigia secutus Naekius (Animadversiones in Val. Catonis Diras, p. 25) verba *φίλοι* et *πάλλιν* a v. 70 usque ad versus 126, excluso v. 107 ita distribuit: 7)

\*) Versum cum Grevero (Zur Würdigung etc. der Idyllen Theocrit's, 1850, p. 18 sqq.) spurium habeo.

$\varphi$   $\pi$   $\varphi$   $\varphi$   $\pi$   $\varphi$   $\pi$   $\varphi$   $\varphi$   $\pi$   $\varphi$   $\pi$   $\varphi$   $\pi$   
 2 2 2 4 4 4 4 4 2 2 2 4 2 4

Legit igitur  $\varphi\lambda\alpha\iota$  v. 70, 76, 79, 89, 99, 104, 111, 119,  $\pi\acute{\alpha}\lambda\iota\nu$  autem v. 73, 84, 94, 108, 114, 112. Ab hac viri doctissimi distributione eo discedo, quod in tertio membro pro  $\varphi$   $\pi$   $\varphi$  scribam  $\pi$   $\varphi$   $\pi$ , et transpositis vv. 120. 121 post v. 130:  $\varphi$   $\pi$ . Schema igitur ex stropharum ratione, quam supra proposuimus hoc erit, si a v. 70 incipias:

$\varphi$   $\pi$   $\varphi$  |  $\varphi$   $\pi$   $\varphi$   $\pi$   $\varphi$  |  $\pi$   $\varphi$   $\pi$  |  $\varphi$   $\pi$   
 2 2 2 | 4 4 4 4 4 | 2 2 2 | 4 4

Post ultimam stropham immutatur ephymnium. Habes igitur  $\varphi\lambda\alpha\iota$  vv. 70, 76, 79, 89, 99, 108, 114;  $\pi\acute{\alpha}\lambda\iota\nu$  vero vv. 73, 84, 94, 104, 111, 122. Possis etiam alia tentare, praesertim si certam stropharum responsionem efficere velis. Quam olim stropharum rationem constituendam esse putabam, artificiosa quidem est, sed quum sine violentis mutationibus efficiatur et aliquatenus explicari ea possi, cur accurate v. 127 ephymnii mutatio fiat, addere eam non dubitavi. Sunt autem delendi v. 107, 108 (cf. Ziegler ad v. 106) et v. 119; transponendi vv. 120, 121 post v. 130. Duae mutationes postremae iam a Meinekio et Ahrente factae sunt:

	v. 64 — $\varphi$	—	$e^2$ — 127	
66 —	69 = 4	—	4 = 123	— 126
	70 — $\varphi$	—	$\varphi$ — 122	
71 —	75 = 4	—	4 = 115	— 118
	76 — $\pi$	—	$\pi$ — 114	
77.	78 = 2	—	2 = 112.	113
	79 — $\varphi$	—	$\varphi$ — 111	
80 —	83 = 4	—	4 = 105	— 110
	84 — $\pi$	—	$\pi$ — 104	
85 —	88 = 4	—	4 = 100	— 103
	89 — $\varphi$	—	$\varphi$ — 99	
90 —	93 = 4	—	4 = 95	— 98
		94 — $\pi$		

Redit igitur cantus ad ephymnii primi locum, ubi ephymnium mutatur. Hanc partem carminis si a choro cantatam esse statuas, nihil illa responsio habet, quod absurdum videri possit. Sed in huiusmodi quaestionibus omnia a codicibus pendunt, qui quum minime vetusti neque bene habiti sint, nisi probabilia coniectura assequi non possumus.

## II. De Theocr. carminis II ephymniis.

Huius carminis pulcherrimi duo sunt ephymnia:

I. Ἰνγξ, ἔλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα,

et II. φράξέό μεν τὸν ἔρωσ' ὄθεν ἔκετο πότνα Σελάνα,

quorum prius ad incantatoria pertinet, alterum cum primi carminis ephymnio maximam similitudinem habet. Totum autem carmen tribus partibus constat

P. I. v. 1 — 16: Prooemium

P. II. v. 17 — 162: mesodus

a. 17 — 63: eph. prim.

b. 64 — 162: eph. alter.

P. III. 163 — 166: epilogus.

Pars prior secundae partis octo strophis quaternorum et una quinque versuum constat. „Ephymnium prius decies legitur; praemittitur enim toti mesodo et sequitur singulas strophas. Pars b incipit a v. 64; duodecim quinorum versuum strophis additur ephymnium II; a v. 136 usque ad finem ephymnium deest. Stropharum ordo et ratio optime constaret, si locus v. 58—62 non abundaret uno versu. Meinekius, Zieglerus, Ahrens in ed. mai., quique ante hos viros Theocritum ediderunt, nihil mutarunt. Nihilominus constat, stropharum rationem vehementer illo loco perturbari. Itaque Ahrens in ed. mai. huic loco ita mederi conatur, ut v. 61:

ἐκ θυμῷ δέδεμαι, ὁ δέ μεν λόγον οὐδένα ποιῶ

eiiciat, auctoritate cod. K. vel Ambros. 222 nisus, qui codex inter optimos habetur. Etiam scholiasta, qui in sch. 5. P. verba: ἄς ἔτι interpretatur ἕως ἔτι ἐνδέχεται καταδεθῆναι αὐτὸν, illum versum non invenit. Grave sane pondus haec duo testimonia contra versus integritatem afferunt. Nihilominus v. 61 retinere malim.

Qui sine ulla opinione ante concepta locum illum legerit, versum 61 minime abundare videbit. Scholiastae interpretatio non intelligitur;<sup>8)</sup> quisque ἄς ad substant. φλιᾶς referendum esse iudicabit. Ut sit scholiastae loci explicatio recta, sensus tamen hoc loco ineptissimus est. Retento autem v. 61 locus plurimum pulchritudinis habet. Magnum enim Simaethae amorem ostendit, quae, etsi a Delphide se desertam esse putet, tamen toto animo ad domum eius trahitur. Optima igitur est sententia Valckenarii et Kiesslingii: „ex quo limine nunc tota mente adfixa pendeo.“ Quae verba loci sententiae non plane respondent. Dicendum erat pro „nunc“ — „etiam nunc“ = ἔτι καὶ νῦν. Haec mihi reputanti v. 61 spurius videri non potest. Tamen stropharum ratio quatuor solos versus postulat. Restat autem v. 58, qui suspicionem movere possit, quamvis in optimo codice Ambros. 222 inveniatur, et Phrynichi testimonium afferatur. Quod ad Phrynichi Bekk. p. 64. 16: „σαῦρος, ἀρρενικῶς λέγουσι. Θεόκριτος θηλυκῶς εἶπε σαῦρον attinet, evidenter demonstrari non potest, grammaticum ad nostrum locum respexisse. Fac enim ut

scribatur nostro loco *σαῦρον*, quo verbo cerni potest, *σαῦρον* esse gen. fem.? Si adiectivum gen. fem. additum inveniretur, nullum foret dubium. Praeterea codd. omnes v. 58 non *σαῦρον*, sed *σαῦραν* vel *σαῶραν* habent, quod Valckenarius Phrynicho pro *σαῦρον* obtrudere voluit. Itaque restat sola auctoritas codicum. Sed quum optimi saeculo XI vetustiores non sint, ab eorum auctoritate recedendum erit, ubi graviora argumenta contra integritatem afferri possunt. Versus enim 58 nullo vinculo neque cum praecedentibus, neque cum subsequentibus coniunctus apparet. Nam postquam Simaetha fimbriam, quam Delphis perdiderat, in ignem iniecit divulsam, de Amore queritur, quod hirudinis instar sibi inhaerens omnem sanguinem exsuxerit. Tum »lacertam, inquit, contritam cras tibi malum potum feram.« Cui, quaeso, feret? An Delphidi? At huius sibi amorem artibus magicis vult comparare. Longe aliud Simaetha dicit v. 8. 9:

*βασεῦμαι ποτὶ τὴν Τιμαγήτῳ παλαιότεραν  
αὔριον, ὡς νῦν ἴδω καὶ μέμψομαι οἷά με ποιεῖ.*

His autem versibus opponi non potest locus v. 159 sqq.:

*ἐν δ' ἔτι κήμέ  
λυπῆ, τὴν Αἶδαο πύλαν καὶ Μοῖρας ἐραξεῖ.*

Hoc enim loco nihil de *αὔριον* dicitur. Simaethae enim expectandum est, qualis Daphnis erga ipsam sit futurus. Cui expectationi fieri potest ut diei unius spatium non sufficiat. Itaque Simaetha v. 58 dicere non potest: *αὔριον οἶσῶ*. Versibus 58 et 160 sqq. comparatis alia praeterea difficultas apparet. Versus enim 58 hanc sententiam habet, Simaetham comparaturam esse illum malum potum, Delphidique daturam; v. autem 166 sqq. evidenter de veneno iam comparato sermo est. Esse autem hoc loco dictum de veneno diverso, verba:

*... ἐν κίστῃ κατὰ φάρμακα φαρὶ φυλάσσειν,  
Ἄσσυρίῳ δέσποινᾳ παρὰ ξείνοιο μαθοῖσα*

demonstrant. Sed alia etiam res est, quae stropham a v. 58 non incipere satis indicat. Argumentum ex verbis: *Θεστολί. νῦν δὲ . . .* peto. Simaetha, Delphidis combusta fimbria, amorem saevitiae accusat; omnes eius animi dolore occupantur, ut dictis versibus 55. 56 aliquantum dolore oppressa tacuisse putanda sit. Repente autem sui compos facta exclamat: *Θεστολί! νῦν δέ*. Omnibus igitur diligenter accurateque consideratis, facilius v. 58 quam v. 61 carere possumus. Sublato enim priore et stropha bene incipit et sententia optima est, eiecto autem altero totus locus contorta explicatione eget, si cum v. 8, 9 et v. 159 sqq. conciliare velis.

### III. De Bionis epitaphio Adonidis.

Hoc carmine, quod primum suspicione Camerarii ut Bionem Meckerchus edit, luctus Veneris de mortuo Adonide describitur. Quaestio est inter viros doctos, utrum poëta, quicumque ille est, hoc carmen eo composuerit consilio, ut in Adoniis celebrandis caneretur, quae est Mansonis sententia, an solam imaginem quandam expresserit, nulla Adoniorum stricta et accurata ratione habita. Equidem nullus dubito, quin priori sententiae assentiendum sit, quum ratio inveniatur nulla, cur poëtae ab Adoniorum usu recedendum fuerit. Nam hoc ubique animadvertas, poëtas, qui carmine ad festa religiosa pertinentia componant, libertate abstinere, atque ea, quae natura et indoles festorum postulet, quasi carminum fundamenta habere, quoniam non minima est poëtae commendatio, si eius carminibus diebus deorum laudi celebrandis uti licet, quod secus esset, si poëta nullam religionis rationem haberet. Erant autem Adoniorum duo genera, unum, quod eo tempore agebatur, quum vis terrae quasi ex sopore suscitata ad novam vitam resurgit et *ἐορτή τῆς εὐρέσεως* s. inventionis appellabatur. Cuius celebritatis ludicra in Adoniazasis praeclare descripsit Theocritus atque lasciviam et petulantiam vivis quasi coloribus pinxit. Quamquam non est verisimile, ab iis carminibus, quae in hac vernali solennitate inter Adonia canebantur, scenicam speciem alienam fuisse, tamen minus accurate ad certas quasdam leges composita fuisse videntur, quum laetitia atque lascivia, quae cum ebrietate coniunctae certo erant, haud ita facile hominum mentes ad certas leges carminum adstringant; alterius vero generis Adonidia, quibus *ἀφανισμὸς* Adonidis lugebatur atque facilius scenicam indolem permittebant, sine dubio ad strictas certasque leges composita erant, et totam religionem *δραματικῶς* ante oculos eorum, qui spectabant, ponebant. Est enim lugentis animi, ut magis in se ipso omnia consideret atque maiori diligentia res agendas persequatur neque facile ultra aequum evagetur, quam laetabundus et lasciviae ac petulantiae liberiore agendi ratione indulgens. Quo factum esse videtur, ut in Theocriti Adoniazasis nulla stropharum vestigia neque versus intercalares reperiantur, quum in omnibus ad lugubrem Adoniorum partem poëmatis spectantibus vestigia quaedam stropharum quamquam vehementer obscurata et versus interpositi inveniuntur, qui ad strophas separandas aptissimi sunt atque paene necessarii, quum hexametro *κατὰ στίχον* repetito nunquam finis stropharum possit indicari. Quum igitur ad hoc alterum genus epitaphius Adonidis referendus sit, haud falso agere videamur, si strophicam compositionem ei vindicemus. Sed quale nobis carmen in libris scriptis traditum est, omnis fere stropharum ratio ab eo abesse videtur. Vulgatae namque editiones versum intercalarem exhibent vv. 6, 15, 28, 37, 63, 67, 86, quo strophae (5) 3, 8, 12, 8, 25, 3, 18, 12 versuum efficiuntur. Quam divisionem Meinekius in editione bucolicorum tertia, quae a. 1856 Berolini prodit, retinendam esse indicavit. Sed

„incredibilis huius carminis corruptio in multis partibus tanta est, ut nusquam certo pede incedas“. Paucissimi enim codices, qui hoc carmen continent, recentiores sunt, quam qui integrum carmen exhibere possint. Itaque pleraque ex coniectura constituenda et emendanda sunt, qua etiam ultra codices uti licebit. Ephymniorum vero ratio difficile perspicitur, quum lacerum atque pluribus versibus imminutum carmen esse appareat. Quibus rebus factum est, ut Bion ceterorum bucolicorum consuetudinem secutus esse non videatur, sed ut res ferat, ita pro arbitrato ephymnia mutet nullaque stropharum aequali responsione utatur, nisi sententiarum quandam responsionem probabilem cum Ahrente statuere velimus. Qui vir doctissimus quamvis de emendandis bucolicorum carminibus summam laudem meruerit, tamen in eo falsus esse censendus est, quod ab Epitaphio Adonidis stropharum responsionem abesse putavit. Est autem viri docti carminis dispositio haecce (E. A. l. c.):

Vv. 1. 2.: prohymnium.

Pars I.

Str. A. vv. 3 — 6 = 4 vv. Str. B. vv. 7 — 15 (ei. vv. 13, 14) = 7 vv. Str. C. vv. 16 — 28 = 13 vv. Str. D vv. 29 — 63 (ei. vv. 35, 38 et v. 36 scr. ἀηδῶν, v. 37 αἰάζει νέον οἶτον) = 35 vv. (vv. 64 — 66 delevit.)

Vv. 67 antiprohymnium.

Pars II.

Antistr. A. vv. 68 — 78 = 12 vv. antistr. B. vv. 79 — 85 = 7 vv. antistr. C. deest. antistr. D. vv. 87 — 96 = 10 vv.

Epilogus: Vv. 97, 98.

Quibus strophis vir doctus ephymnia subiunxit vel praemisit haec:

Str. A: αἰάζ ὦ τὸν Ἄδωνιν ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

Str. B: αἰάζ ὦ τὸν Ἄδωνιν ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.

Str. C: αἰᾶ τὰν Κυθήρων, ἀπόλετο καλὸς Ἄδωνις,

Str. D: αἰᾶ τὰν Κυθήρων, ἀπόλετο καλὸς Ἄδωνις.

Ephymnia antistropharum hisce respondent. In editione maiore Ahrens strophas non indicavit literis. Ab hac stropharum dispositione paullo discedit ea, quam S. Schmitz proposuit in Adnotationibus ad Bionis et Moschi carmina, Monast. 1856, p. 4, ubi vv. 29 — 63 in duas strophas, unam stropham vv. 29 — 36, alteram vv. 39 (eiecto v. 38) — 63, dividuntur. Sexta stropha incipit a versu 68 (deletis vv. 64. 65. 66), septima a versu 79 (octava cum Ahrente interisse censetur), nona a versu 87 — 98, quibus versus intercalares praefiguntur. G. Hermannus in editione nitidissima Bionis et Moschi carminum, quae a. 1849 Lipsiae a Weidmannis publici iuris facta est, stropharum aequabilitatem restituere conatus est. „Videbam duos esse perlongos locos, in quibus nullus inveniretur versus intercalaris: quorum quum versus numerarem videbam alterum eorum, in quo trium versuum iacturam notaveram, restitutis tribus versibus totidem versus, quot priorem continere. Hoc iudicio statim mihi visus sum iustam deprehendere descriptionem stropharum, quam

mirifice confirmabat alius locus, in quo aliquot versus omissos esse adnotaveram, quos iam septem numero esse apparebat. Quae si recte observavi, non est alio ad iustam descriptionem artificio opus, quam ut in ea carminis stropha, quae primam excipit, unus qui ad integritatem requiritur versus restituatur. Ita post primam stropham, quae proodi loco est, quatuorveniuntur inter se pares strophae, post eas autem duo stropharum paria, alterum longos, alterum breves strophas habentia, his versuum numeris: 5, 10, 10, 10, 10, 25, 25, 7, 7.<sup>a</sup> (l. c. p. 45.) Transposuit vir doctissimus v. 38 ante 37 et versum 70 et 76 ex duobus utrumque versibus negligentia veterum scribarum, quorum oculi aberrassent, coaluisse, post versum autem 77 unum excidisse censebat.

Ex hac virorum doctorum opinionum diversitate satis superque intelligimus, quam sit difficile, de carminis compositione aliquid certo aut affirmare aut negare.

Sed iam rem ipsam aggrediamur. Duo primi versus:

*Αἶψ' ὃ τὸν Ἀδωνιν ἀπόλετο καλὸς Ἀδωνις,  
ὄλετο καλὸς Ἀδωνις, ἐπαϊάζουσιν Ἐρωτες*

*προφώνημα* vel *προῶσμα* habendi sunt, quibus indicatur, quae versibus intercalari-  
bus subsit sententia, neque quidquam cum strophica dispositione habent commune.  
Eodem prorsus modo carmini Theocriteo I et II, Catonis diris intercalares prae-  
mittuntur.

Quae quum ita sint, a sequentibus separandi sunt. Sequuntur tres versus  
3—5, quibus Venus ad lugendam Adonidis mortem excitatur. Qui versus quum  
absolutam sententiam atque per se constantem habeant, recte a v. 6 intercalari  
separantur strophamque constituunt, cui aliam trium versuum respondentem inve-  
nimus v. 64—66. Neque tamen quicquam impedit, quominus v. 3—5 extra stro-  
phas positos esse putemus. Vv. 7—14 describitur Adonis mortuus in montibus  
iacens apri dente ictus. Vv. 13, 14:

*Κόπριδι μὲν τὸ φίλημα καὶ οὐ ζῶντος ἀφέσκει,  
ἀλλ' οὐκ οἶδεν Ἀδωνις ὃ μιν θνάσκοντ' ἐφίλησεν,*

Ahrenti spurii videntur atque me indice non iniuria. Versatur autem omnis de  
hoc loco disceptatio in lectionibus *ἀφήσει* et *ἐνοίσει* (v. 12), quod utrumque  
a codicibus exhibetur. Hermanno *ἀφήσει* placuit, Ahrenti et Meinekio, quibus ac-  
cedere nullus dubito, *ἐνοίσει*. Quid enim sibi vult *μήποτε ἀφήσει*, quum antea  
dictum sit *θνάσκει καὶ τὸ φίλημα*? Est hoc loco osculum Adonidis, quod quum  
moriatur, Venus rei natura cogitur ut illud non amplius appetat. Quam absurda  
cum lectione *μήποτε ἀφήσει* existat sententia, ex versione Heinsii „moriatur (immo  
„mortuum est“, nam *θνάσκει* praesens hoc loco, ut *θνάσκοντα* v. 14, pro praeterito  
positum est, quod Schaeferus recte monuit in Adnott. ad Bionem) et osculum, quod  
Venus nunquam relinquet,“ optime intelligitur. Perpulchre autem *ἐνοίσει* cum loci  
sententia quadrat: „nunquam Venus Adonidis osculo fruetur aut delectabitur, quo-  
niam Adonidis osculum cum ipso mortuum est.“ Quae si recte disputata sunt, re-

cipienda erit lectio *ἐνοίσει* iamque elucet *ἀρέσει* illud v. 13 cum *μήποτε ἐνοίσει* nullo modo conciliari posse atque duos versus 13 et 14 esse delendos. Deletis autem his versibus efficitur stropha sex versuum, cui respondentem aliam eodem versuum numero non invenimus. Sed recte Hermannus versus 25—27 reliquias unius strophae esse vidit atque a praecedentibus seiunxit. Nam vv. 16—24 Veneris luctum poeta pingit, subitoque pronomine *μιν* fit conversio ad Adonidem, quamvis in stropha antecedente nulla eius fiat mentio, atque pronomen illud ad Venerem necessario sit referendum. Quam difficultatem Ahrens eo tollere censebat, quod pro *αἶμα* posuit *εἶμα* et pro *μηρῶν* — *χειρῶν*. Ahrenti assentit Schmitzius (l. c. p. 11), cui mirum videri non debebat, quod *μηρῶν* pluralis scriptus esset, quum tantum uno femore vulnus fuisset. Est enim apud poetas usitatissimum ut plurali numero pro singulari utantur, praesertim, quum partes corporis nominantur, quae binaeveniuntur. Hoc ipso loco est *σῆθεα* pro singulari *σῆθος*. Sed cum hac Hermannii emendatione alia oritur difficultas, quum intelligi non possimus, ad quam personam *ᾤλεσε* v. 29 referendum sit. Apparet enim, subiectum quod dicunt verbi *ᾤλεσε* in versibus qui antecedunt, quaeri non posse, ut quibus de Adonide agatur; versum autem intercalarem 28, qui utique Venerem commemorat, nullum cum reliquis sive grammaticum sive sententiarum nexum habere quisque videt. Nusquam, quod ego quidem memini, tale quidquam inveni, neque locus Virgilii ecl. VIII. vv. 68, 69 ad contrarium demonstrandum aptus est, quum verba: carmina vel coelo e. q. s. ad verba v. 67: nihil hic nisi carmina desunt, referri debeant. Est intercalarium ea natura atque indoles, ut sine ullo sententiarum detrimento ex carminibus moveri delerique possint. Rem difficillimam ita, opinor, facillime expediemus, si ante versum 25 tres versus, ante v. 29 unum excidisse statuamus. Quae fuerit deperditorum versuum sententia ex reliquis suspicari licebit. Vv. 25—27 agitur ex nostra sententia de Adonide, qui sanguine vulneris obfusos describitur; in versibus tribus deperditis sine dubio apri in Adonidem impetus, quo id effectum est, quod vv. 25—27 dicitur, a poeta expositus erat. Idque eo est veri similis, quod nusquam in hoc carmine bestiae, cuius morsu Adonis morti praematurae occubuerat, mentionem fieri videmus, quum tamen non minima culpa in bestiam illam cadat. Iam apparet, quod subiectum verbi *ᾤλεσε* statuendum sit; est aper, qui virum pulchrum sanctamque imaginem perdidit. Haec fere sententia versus, quem ante v. 29 excidisse putamus, habenda erit. Ex hac disputatione efficitur stropharum ratio haec:

vv. 3 — 5 = 3 vv.; vv. 7 — 12 = 6 vv.; vv. 16 — 24 = 9 vv.; vv. tres deperd. cum vv. 25 — 27 = 6 vv.; v. un. dep. cum vv. 29 — 36 = 9 vv.

Versum 38: *ἀχὼ δ' ἀντεβόασεν ἐπώλετο καλὸς Ἀδωνίς* cum Ahrente spurium habeo, quum sententia eius cum intercalari coniuncta appareat, quod fieri non posse supra diximus. (Cf. Schmitz l. c. p. 14.) Neque quidquam expedit, si ante versum 37 collocetur. Iam qui sequuntur versibus poeta



ipsam Venerem de Adonide mortuo lugentem atque tristem suam sortem plorantem facit. Haec quoque pars, ut videtur a poeta ephymniis ornata erat, neque difficile est, strophas tres priores restituere. In prima stropha, quae versibus 39—46 continetur, Venus generaliter Adonidem ad manendum cohortatur, ut sibi amoris voluptatibus frui liceat. Quae deinceps stropha sequitur et novem versibus, 45—53, constat, Veneris desiderium osculorum elegantissime describit et dolorem, quod virum dilectissimum ad inferos sequi non possit, pulcherrime exprimit. In tertia stropha, vv. 54—59, Proserpinae Adonidem Venus tradit et dolet, quod ipsa viro atque amore orbata remanere debeat. Responsionem quandam in his strophis inesse facile animadvertitur; utraque enim ab imperativo, altera ab ἔγρω, altera ab λάμβανε incipit. Usque ad v. 59 omnis stropharum ratio plana atque perspicua est. Sed post versum eundem desideratur stropha novem versuum, quae strophae vv. 45—53 respondeat. Quare probabile est, ante v. 60 sex versus interiisse, quarum sententia haud difficulter ex reliquiis strophae indicari potest.

Vv. 64—66 respondent vv. 3—5, ita quidem ut pars carminis prior stropharum trium versuum et incipiat et finiatur.

A v. 68 incipit altera carminis pars, quae in describendis Adoniorum ritibus versatur. Atque hic locus maxime nostram de carminis natura sententiam, quam supra attulimus, confirmat. Recepta Hermannii emendatione

λέκτρον ἔχ' ἐν Κυθήρεια τὸ σὸν τόδε . . . . .  
 . . . . . σὺ δὲ κεκρὸς Ἄδωνι

efficitur a v. 68—74 stropha octo versuum, cui altera totidem versuum e versibus 75—78 constituenda respondebit. Qui locus, quod Hermannus vidit, quum sit depravatissimus pluribusque versibus deminutus, nihil impedit, quominus octo versibus eum constituisse putemus. Quomodo autem sententiae utriusque strophae inter se differant, non est quod exponamus. Versibus 79—85 continetur stropha septem versuum, cui quae respondebat nunc deest, quod iam Ahrens in ed. mai. indicavit. Restant duodecim versus, qui ab Hermanno in duas strophas senorum versuum divisi sunt.

Iam sequitur carmen integrum ephymniis ex nostra divisione suis restitutis locis. Numeros vulgatos uncis inclusi.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΑΔΩΝΙΔΟΣ.

Αιάζω τὸν Ἄδωνιν ἀπόλετο καλὸς Ἄδωνις.

ἔλετο καλὸς Ἄδωνις, ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.

στροφ. α'. μηκέτι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι Κύπρι κἀθενδε

ἔγρω δειλαία κυανοστόλε καὶ πλατάγησον

στήθεα καὶ λέγε πᾶσιν ἄπόλετο καλὸς Ἄδωνις'. (5) 5

αιάζω τὸν Ἄδωνιν ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.

στο. β'. κείται καλὸς Ἄδωνις ἐν ὄρεσι μηρὸν ὀδόντι, λευκὸν μηρὸν ὀδόντι πυτεῖς, καὶ Κύπριν ἀνήϊ. λεπτὸν ἀποψύχων τὸ δὲ οἱ μέλαν εἶβεται αἷμα χιονέας κατὰ σαρκός, ὑπ' ὀφρύσι δ' ὄμματα ναρκῆ, (10) 10 καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῷ χεῖλεος, ἀμφὶ δὲ τήνῃ θνήσκει καὶ τὸ φίλημα τὸ μήποτε Κύπρις ἀνοίσει.	
	αἰάξω τὸν Ἄδωνιν ἐπαιάζουσιν ἔρωτες. (15)
στο. γ'. ἄγριον ἄγριον ἔλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις μεῖζον δ' ἅ Κυθήρεια φέρει ποτικάρδιον ἔλκος. 15 κεῖνον μὲν πέρι πολλὰ φίλοι κύνες ὠρόνται, καὶ νύμφαι κλαίουσιν ὄρειάδες· αἱ δ' Ἀφροδίτα λυσαμένα πλοκαμίδας ἀνὰ θρυμῶς ἀλάληται (20) πενθαλέα, νήπλεκτος, ἀσάνδαλος, αἱ δὲ βάτοι νιν ἐρχομέναν κείροντι καὶ ἱερὸν αἷμα δρέπονται 20 ὄξυ δὲ κωκύνουσα δι' ἄγκυα μακρὰ φορεῖται, ἀσσύριον βοόωσα πόσιν καὶ πολλὰ καλεῦσα.	
	αἰάξω τὸν Ἄδωνιν ἐπαιάζουσιν ἔρωτες.*
ἀντιστο. β'. . . . .	25
	ἀμφὶ δὲ μιν μέλαν αἷμα παρ' ὀμφαλὸν ἠωρεῖτο, (25) στήθεα δ' ἐκ μηρῶν φωνίσσεται, οἱ δ' ὑπὸ μαζοῖ χιόνεοι τὸ πάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύροντο.
	αἰᾶ τὰν Κυθήρειαν, ἐπαιάζουσι ἔρωτες. 30
ἀντιστο. γ'. ἄλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνάλεσεν ἱερὸν εἶδος. Κύπριδι μὲν καλὸν εἶδος, ὅτε ζώεσκεν Ἄδωνις· (30) κἀπθάνε δ' ἅ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι τὰν Κύπριν αἰαῖ ὄρεα πάντα λέγοντι καὶ αἰ δρυές αἰ τὸν Ἄδωνιν, 35 καὶ ποταμοὶ κλαίουσι τὰ πένθεα τῆς Ἀφροδίτας, καὶ παρὰ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὄρεσι δακρύνοντι, ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυνθαινεταὶ ἅ δὲ Κυθήρα (35) πάντας ἀνὰ κναμῶς, ἀνὰ πᾶν νάπος οἰκτρὸν ἀντεῖ.	
	αἰᾶ τὰν Κυθήρειαν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις. 40

Κύπριδι μὲν τὸ φίλημα καὶ οὐ ζῶντες ἀρέσκει, v. (13)  
ἀλλ' οὐκ οἶδεν Ἄδωνις ὃ μιν θνήσκουτ' ἐφίλησεν. v. (14)

- στο. δ'. Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἔκλειανσεν ἄρ' αἰαῖ;  
 ὡς ἶδεν, ὡς ἐνόησεν Ἄδωνιδος ἄσχετον ἔλκος, (40)  
 ὡς ἶδε φοῖνιον αἶμα μαραινομένω περὶ μηρῶ,  
 πάχεας ἀμπετάσασα κινύρετο „μείνον Ἄδωνι,  
 δύσποτμε μείνον Ἄδωνι, πανύστατον ὡς σε κηκία, 45  
 ὡς σε περιπτύξω καὶ χεῖλα χεῖλεσι μίξω.  
 αἰαῖ τὰν Κυθήρειαν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.\*
- στο. ε'. ἔγρευο τυτθὸν Ἄδωνι, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλησον. (45)  
 τοσοῦτόν με φίλησον, ὅσον ζῶει τὸ φίλημα,  
 ἄχρῃ ἀπὸ ψυχᾶς ἐς ἐμὸν στόμα κῆς ἐμὸν ἦπαρ 50  
 πνεῦμα τεὸν φεύσῃ, τὸ δέ σε γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω,  
 ἐκ δὲ πῖω τὸν ἔρωτα φίλημα δὲ τοῦτο φυλάξω  
 ὡς σ' αὐτὸν τὸν Ἄδωνι, ἐπεὶ σύ με δύσμορε φεύγεις, (50)  
 φεύγεις μακρὸν, Ἄδωνι, καὶ ἔρχεαι εἰς Ἀχέροντα  
 παρ' στυγρὸν βασιλῆα καὶ ἄργιον ἅ δὲ τάλανα 55  
 ζῶω καὶ θεὸς ἐμμι καὶ οὐ δύναμαί σε διαώκειν.  
 αἰαῖ τὰν Κυθήρειαν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.\*
- ἀντιστο. δ'. λάμβανε, Περσεφόνα, τὸν ἐμὸν πόσιν ἔσσι γὰρ αὐτὰ  
 πολλὸν ἐμεῦ κρέσσων, τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς σέ καταρρεῖ. (55)  
 εἰμὶ δ' ἐγὼ πανάποτος, ἔγω δ' ἀκόρεστον ἀνίαν, 60  
 καὶ κλαίω τὸν Ἄδωνι ὃ μοι θάνε, καὶ σεσόβημα.  
 θνάσκεις ὡς τριπόθητε πόθος δέ μοι ὡς ὄναρ ἔπη.  
 κῆρα δ' ἔ Κυθήρεια, κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' ἔρωτες.  
 αἰαῖ τὰν Κυθήρειαν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.\*
- ἀντιστο. ε'. . . . . 65  
 . . . . .  
 . . . . . 70  
 σοὶ δ' αἶμα κεστός ὄλωλε τί γὰρ τολμηρὸ κινναργεῖς; (60)  
 καλὸς ἐὼν τί τοσοῦτον ἐμήνω θηρὶ παλαίειν;  
 ὦδ' ὀλοφύρατο Κύπρις ἐπαιάζεσκον ἔρωτες.  
 αἰαῖ τὰν Κυθήρειαν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
- ἀντιστο. α'. δάκρυον ἅ Παφία τόσον χέει, ὅσον Ἄδωνις 75  
 αἶμα χέειν τὰ δὲ πάντα ποτὶ γῆθον γίνεται ἄνθη. (65)  
 αἶμα ῥόδον τίπτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώνων.  
 αἰάζω τὸν Ἄδωνι ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
- ἄγω δ' ἀντεβόασεν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις. v. (38).

- στο. ε'. μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖς τεὸν ἄντρα μύρο, Κύπρι,  
οὐκ ἀγαθὰ στιβάς ἐστιν Ἀδώνιδι, φυλλὰς ἐρήμα 80  
λέκτρον ἔχ' ἐν Κυθήρεια τὸ σὸν τότε  
..... σὺ δὲ νεκρὸς Ἄδωνι (70)  
καὶ νέκυσ ὦν καλὸς ἐσσι, καλὸς νέκυσ, οἷα καθεύδων.  
κάτθεό νιν μαλακοῖς ἐνὶ φάρεσιν, οἷς ἐνίανεν,  
οἷς μετὰ σεῦ ἀνά νύκτα τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμίχθη, 85  
παγγρύσφ κλυτῆρι ποθεῖς καὶ στεινρὸν Ἄδωνιν.  
αἰάζω τὸν Ἄδωνιν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.\*
- ἀντιστρ. ε'. βάλλε δέ νιν στεφάνοισι καὶ ἄνθεσι πάντα σὺν αὐτῷ (75)  
ὡς τῆνος τέθνακε ..... 90  
..... καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμαροῖνθη.  
ῥαῖνε δέ νιν συρίοισιν ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισιν.  
.....  
ὀλλύσθω μύρα πάντα τὸ σὸν μύρον ὄλετ' Ἄδωνις. 95  
αἰάζω τὸν Ἄδωνιν ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.\*
- στο. ζ'. κέκλιται ἀβρὸς Ἄδωνις ἐν εἴμασι πορφυρέοισιν  
ἄμφι δέ νιν κλαίοντες ἀναστενάχουσι ἔρωτες, (80)  
κειράμενοι χαίτας ἐπ' Ἀδώνιδι χῶ μὲν οἰστῶς,  
ὄς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαιν', ὄς δ' εὐπτερον ἄξε φαρέτραν, 100  
χῶ μὲν ἔλυσε πέδιλον Ἀδώνιδος, οἷ δὲ λέβητι  
χουσεῖω φορέοισιν ὕδωρ, ὃ δὲ μηρία λούει,  
ὄς δ' ὀπίθεν πτερόγεσσι ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν. (85)  
αἰαὶ τὰν Κυθήρειαν ἐπαιάζουσι ἔρωτες.
- ἀντιστρ. ζ'. ..... 105  
.....  
..... 110  
αἰαὶ τὰν Κυθήρειαν ἐπαιάζουσι ἔρωτες.\*
- στο. θ'. ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος,  
καὶ στέφος ἐξεπάτασσε γαμήλιον, οὐκ ἔτι δ' Ὑμᾶν,  
Ὑμᾶν οὐκ ἔτ' αἶειδε, μόνον μέλος ᾄδεται αἰαί. 115  
αἰαὶ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πλέον ἢ Ὑμέναιος (90)  
αἰ χάριτες κλαλοντι τὸν νιέα τῷ Κινύραο,  
ὄλετο καλὸς Ἄδωνις· ἐν ἀλλήλαισι λέγοισαι.

αἰᾶ τῶν Κυθήρειαν ἐπαΐζουσιν ἔρωτες.

ἀντίστρ. θ'. αἰᾶ δ' ὄξυ λέγοντι πολὺ πλεόν ἢ τὸ Διῶνα 120  
 καὶ μοῖσαι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίουσιν Ἄδωνιν,  
 καὶ μιν ἐπαείδουσιν, ὃ δὲ σφισιν οὐκ ἐπακούει. (95)  
 οὐ μὲν οὐκ ἐθέλει, κόρα δὲ μιν οὐκ ἀπολύει.  
 λῆγε γόων Κυθήρεια. τὸ σάμερον ἴσχεο κομμῶν.  
 δεῖ σε πάλιν κλαῦσαι, πάλιν εἰς ἔτος ἄλλο θαρῶσαι. 125

#### IV. De Moschi epitaphio Bionis.

Hoc carmen plurimi viri docti, inter recentiores Hermannus et Meinekius, Moscho tribuunt. Novissime autem Ahrens incerto cuidam poëtae tribuit. Ac iure quidem, ut videtur, quum veterum de carminis auctore sententiae sibi minime constant. Sed haec quaestio a nostro proposito quum aliena sit, transeunda nobis est, et inquirendum in carminis rationem strophicam, quae uno eodemque intercalari efficitur:

ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθεος, ἄρχετε Μοῖσαι.

Mira autem carminis depravatio apparet, ut vix usquam certo pede possis incedere. Quo factum est, ut virorum doctorum ingenia in strophis constituendis magnopere sese exercerent. Tamen usque ad hanc aetatem sententiae valde inter se discrepant, quod ex schematis editionum aliquot optime elucebit. D. Heinsius enim in ed. Comm. a. 1604 ita strophas constituit:

7. 4. 5. 5. 10. 4. 4. 6. 6. 20. 7 + ? + 5. 9. 4.

Valckenarius, Brunckius, Toupius, Heindorfius, Schaeferus:

7. 4. 5. 5. 10. 4. 4. 4. 6. 6. 20. 18. 9. 4.

G. Hermannus (Bionis et Moschi carm. 1849):

7. 4. 4. 6. 13<sup>1)</sup>. 13<sup>2)</sup>. 6. 6. 6<sup>3)</sup>. 6. 9. 9<sup>4)</sup>. 9<sup>5)</sup>. 9. 13<sup>6)</sup>. 13.

Ahrens in editione mai. strophicam carminis rationem hanc constituit:

Exord. 7 vv. Str. α'. 4. vv. Str. β'. 5. Str. β'. 5. Str. γ'. 10. Str. γ'. 10 (eiectis v. 39, 41, 42, 46). Str. δ'. 6. Str. δ'. 6. Str. ε'. 6 (Herm. secutus unius v. lacun. notat). Str. ε'. 6 (ex Herm. senten. eph. addidit). Str. ζ'. 9. Str. ζ'. 9 (cui str. duo versus desunt). Str. ζ'. 9 (in initio lac. quat. vv.). Str. ζ'. 9. Str. α'. 4.

Potest autem ex carminis argumento plerisque in locis ephymnium restitui. Versus enim septem priores exordii naturam prae se ferunt. Saltus, fluvii, plantae,

<sup>1)</sup> Huic strophae tres vv. desunt. <sup>2)</sup> in fine unus v. deest. <sup>3)</sup> unum v. deesse putat. <sup>4)</sup> duo vv. desunt. <sup>5)</sup> in initio strophae quatuor versuum lacunam notavit. <sup>6)</sup> in initio lacuna novem versuum.

nemora ad lugendum plorandumque Bionem excitantur; causa autem luctus verbis: *καλὸς τέθνακε μελικτῆς* indicatur, quae eadem finem prooemii faciunt. Hi versus, ut mihi quidem videtur, parum recte Ahrenti non ab ipso carminis poeta praemissi videntur. Carmen ipsum incipit v. 9, cui praemittitur ephymnium:

*ἄρχετε Σικελικαὶ τῷ πένθειος, ἄρχετε Μοῖσαι.*

Iam sequitur prima stropha, v. 9—12, quatuor versibus constans. Luscinias hortatur poeta, ut Arethusae undis Bionis mortem annuntient. Finis autem eodem fere modo, ut in prooemio, indicatur verbis: *πῶλετο Λωρὶς αἰοῦδά.*

Secunda stropha v. 14 incipit. V. 16 cum Hesキノ, Brunckio spurium iudico, cum nullam aptam sententiam habeat. Hermannus eum post v. 21 collocavit. Parum recte. Tres enim deinceps versus eodem vocabulo finiuntur: v. 21, 16, 22: *ᾗ δει, αἶδεν, αἶδει.* Hac stropha cycni Strymonii ad lamentandum excitantur, iubenturque, ut puellis Oeagriis nymphisque Bistoniis Bionis mortem nuntient. Quin haec et antecedens stropha sibi respondeant, nemo dubitabit, qui quidem illam ad Siciliam, hanc ad Thraciam respicere consideraverit. Quamobrem haec stropha eodem fere modo ac superior clauditur: *ἀπώλετο Λώριος Ὀρφεύς.*

Tertia stropha, v. 20—24, item quatuor versibus constat, eiecto v. 22, qui ab hoc loco alienus esse mihi videtur.<sup>9)</sup> Gregum de Bionis morte luctum describit. Parum recte Schmitzius (Adnott. ad Bionis et Moschi carmina p. 59) vv. 33, 34, 35 post versum 24 ponit. Quamquam enim in ea stropha, ubi versus illi leguntur, de animalibus sermo non sit, tamen loco movendi non sunt, sed reliquiae alius strophae iudicandi videntur.

Sequitur stropha quinta septem constans versibus, v. 26—32: deorum dearumque, arborum et florum luctus narratur. Responsionem quandam intercedere puto inter vv. 26-32 et vv. 87-93. Eodem enim modo hae strophae et incipiunt et finiuntur:

v. 26: *σεῖο Βίων ἔκλανσε ταχὴν μόρον αὐτὸς Ἀπόλλων,*

v. 87: *πᾶσα Βίων θρηγεῖ σε κλυτὰ πόλις, ἄστεια πάντα.*

v. 31: . . . . . σῶ δ' ἐπ' ὀλέθρῳ

*δένδρεα καρπὸν ἔρριψε, τὰ δ' ἄνθεα πάντ' ἐμαράνθη.*

v. 93: . . . . . ἀντὶ δε Σαπφοῦς

*εἰσέτι σεῦ τὸ μέλισμα κινύρεται ἐ Μιτυλάνα.*

Quae post v. 32 et v. 93 excidisse videntur, non ad praecedentem, sed ad sequentem stropham pertinuisse putanda sunt, quum reliquiae diversam paullo ab antecedentibus sententiam praebant; ceterum eodem modo finiuntur:

v. 34: . . . . . οὐκ ἔτι γὰρ δεῖ

*τῷ μέλιτος τῷ σῶ τεθνακτός ἄλλο τρυγᾶσθαι.*

v. 103: . . . . . ἔ με γεραίρων

*ἄλλοις μὲν τὸν ὄλβον, ἐμοὶ δ' ἀπέλειπες αἰοῦδάν.<sup>10)</sup>*

Sed difficile est aliquid de versuum numero statuere. Equidem post v. 32 quatuor, post v. 93 duos versus excidisse puto. Hac ratione in utroque loco binae strophae septenorum versuum efficiuntur.

Deinde poeta per comparationem eleganter avium moerorem pingit. Plures hic locus viris doctis offensiones praebuit. Meinekius et Hermannus duodecim illos versus retinuerunt, Ahrens vero vv. 39, 41, 42, 46 in marginem relegavit, quo stropharum aequalitatem efficeret, ut videtur. Offendere etiam potest, atque ab natura abhorrere videtur, lusciniam dici in rupibus, hirundinem in montibus lamentari, quum utraque avis non solitudinem, sed hominum aspectum amare dicatur. Hermannus autem p. 73 secutus Schwebelium (Harles ad v. 38 sqq.) monuit, lusciniam et hirundinem esse filias Pandionis (cf. Preller, Gr. M. II. p. 94), non Pandarei, ut Meinekius Hermannum dicentem facit ad v. 38. Ita bene aoristi *ἄυσεν* et *θρήνησεν* explicari possunt. Res autem ita non potest expediri, ut cum Schmitz, I. c. p. 62 „poetas saepissime in descriptionibus naturae doctas disquisitiones negligere“ dicamus. Etsi enim Hermanni sententiam non adoptaveris, tamen vv. 38, 39 nullam, ut dicunt, contradictionem in adiecto habent. Satis enim cognitum est, et homines et animalia solitum fugere commercium et solitudines quaerere, quum dolore luctuque nimis magno opprimantur. Ex his satis, puto, intelligitur, Ahrentem parum recte egisse, quod v. 39 eiecit, et v. 38 pro *ἀηδῶν* scripsit *ἀητός*. In vulgatis editionibus locus duodecim versibus constat tres strophas efficientibus. Recentiores autem editores omnes in unam contraxerunt. Sed parum recte. Totius enim loci natura ita comparata est, ut ephymnii repetitio magnopere ei conveniat, sive *κατωδύρατο* ad animalia, quae in stropha praecedente Bionis mortem lugere dicebantur sive ad sequentia *ἄδονίδες* et *χελιδόνες* referas (tum optime *ποτὶ πρέμνοις* scribitur). Loci autem sententiae non obstare vim praepositionis *ποτὶ* facile est ad intelligendum, si avium lugentium mores naturamque doloris consideramus. Dolor enim efficit, ut aves arcte sese ad ramos applicent. Itaque vertere possis: „enge geduckt an die Aeste“. Haec vis praepositioni *ποτὶ* omnino vindicari potest; cf. II. 1, 245; 22, 64; Od. 5, 329; 433. Aesch. Sept. 444; 482. Plat. Phaedr. 249 D. et alibi. Pulchrior igitur lectio *ποτὶ* quam *δ' ἐπὶ* habenda est.

A versu 52 altera carminis pars incipit. Stropha, quae sequitur, sex versibus constat. „Neminem esse ausurum Bionis vices suscipere, ipsum Panem, ne secundas ferat, timere.“ Quae sequitur stropha Galataeae luctum de Bionis morte pulcherrime pingit itemque sex versus continet. In sequenti stropha omnia musarum dona cum Bione interiisse poeta queritur. Post v. 68 unum excidisse Hermannus vidit. Etiam Ahrens lacunam indicavit. V. 71—85 pulcherrima Homerum inter et Bionem comparatio instituitur. Hic locus vulgo sine ullo ephymnio scribitur. Sed iam Heskinus post v. 70 recte intercalarem desideravit, quem praebuit codex Urbinas. Etiam post v. 75 recte Hermannus, Meinekius et Ahrens ephymnium posuerunt. Qui sequuntur vv. 87—104 pessime habiti sunt. Meam de hoc loco sententiam iam supra proposui. In prima stropha urbes poetae clarae Bionis mortem omnium maxime lugere dicuntur, in altera ex Naekii sententia plures poetae nominati, Bion autem omnium princeps dictus erat. Vv. 106—114 flores quoque anno

renasci, homines autem, qui tamen multo praestantiores sint, aeternum post mortem somnum dormire poeta luget. Vv. 113, 114 spurios habeo. Hermanni rationes (p. 78) mihi persuaserunt, ante versum 116 plures excidisse. Lacunam cum viro doctissimo non novem, sed quinque versuum statuo, quo strophæ versibus 77—85 exaequetur; vv. 121—133 epodi loco sunt.

Ex iis, quae de hoc carmine proposui, stropharum ratio haec est:

7 || 4 4 4 7 7 4 4 4 || 6 6 6 6 || 9 7 7 7 9 || 13.

## V. De Virgilii ecloga VIII.

Etiam bucolici Graecorum poetae apud Romanos imitatores suos habuerunt. Omnium autem maxime Virgilius laudandus est, qui carmina sua pastoralia ad Theocriti exempla conformaverit. In uno solo tamen carmine ephymniis usus est, in ecloga octava. Haec ecloga iure ex duobus carminibus composita haberi potest, neque affirmare ausim in coniungendis his carminibus magnam Virgilii artem, magnum apparere ingenium. Hoc enim Virgilius maxime videtur spectasse, ut Theocriti utriusque carminis ephymnia coniungeret. Alterum autem secundi carminis Theocritei ephymnium:

φράζεό μεν τὸν ἔρωτ' ὄθεν ἵκετο πότνα Σελάνα

Virgilius non habet: etiam alterum primi carminis:

λήγετε Σικελικαὶ Μοῖσαι ἴτε λήγετ' αἰοιδᾶς

non nisi semel in fine primae carminis partis adhibuit. Praeterea ipse versum fecit, qui ephymni naturam prae se ferre dicendus est: eclog. VIII. v. 109:

»parcite, ab urbe venit, iam parcite carmina, Daphnis,«

cuius apud Theocritum similis non habetur. Theocriti autem et Virgilii ephymniorum haec est responsio:

Th.: ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλοι, ἀρχετ' αἰοιδᾶς.

V.: incipe Maenalius mecum mea tibia versus.

Th.: λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι ἴτε, λήγετ' αἰοιδᾶς.

V.: desine Maenalius iam desine tibia versus.

Th.: ἴνγξ ἔλκε τὸ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

V.: ducite ab urbe domum mea carmina ducite Daphnin.

Haud difficile est ad demonstrandum, Virgilium longius a vitae consuetudine discessisse, quum pro iynge carmina virum reducere iubeat. Ceterum Virgilius Theocritum in eo secutus est, quod carmini prooemium praemisit. Dubitari enim non potest, quin versus 17—20:



Nascere, praeque diem veniens age, Lucifer, alnum,  
coniugis indigno Nisae deceptus amore  
dum queror, et divos, quamquam nil testibus illis  
profeci, extrema moriens tamen adloquar hora,  
exordii speciem prae se ferant. Quod quidem me movet, ut cum codice Leidensi  
pro adloquor scribam adloquar.

Stropharum autem ratio prioris partis vulgo ita constituitur:

Prooem. 17—20 | 3. 5. 4. 5. 3. 4. 5. 3.

alterius vero: prooem. 64—67 | 3. 3. 2. 4. 5. 3. 5. 3. 4.

Iam apparet neque strophas sibi recte respondere, neque ephymniorum numerum  
eundem esse; in priore enim parte novem, in altera decem inveniuntur. Quae  
quidem res Hermannum commovit (B. et M. carmina p. 46 sqq.), ut aut versum  
76 eiiciendum aut post v. 28 ephymnium ponendum esse iudicaret. Equidem  
post v. 28 ephymnium inserere, quam v. 76 eiicere malim. Possunt enim optime  
vv. 26—28 et 29, 30 ephymnio separari. Electo autem v. 76 duo incantationis  
actus coniuncti apparent. Maiorem vere difficultatem tres ultimae strophae utrius-  
que partis comparant, quum in priore hic ordo sit: 4. 5. 3, in altera autem 5. 3. 4.  
Quam difficultatem G. Hermannus vv. 47—50 hoc modo scribendo optime solvit:

saevus amor docuit natorum sanguine matrem  
commaculare manus: puer, ah puer improbus ille:  
improbus ille puer, crudelis tu quoque mater.

Qua emendatione hoc loco nihil potest esse felicius. Praeterea vir clarissimus in  
versibus 58 sqq.:

omnia vel medium fiant mare, vivite silvae:  
praeceps aerii specula de montis in undas  
deferat: extremum hoc munus morientis habeto,

nimis nudum illud „vivite silvae“ iudicat. Et profecto poetae eiusmodi formulae  
repetitionem vehementer amant. Illud quoque dubitationem de loci integritate  
movere potest, quod Damon pastor solis silvis valedicit. Recte igitur Her-  
mannus huiuscemodi versum periisse iudicat:

vivite Menalcae quondam mea pascua, valles,

quo et sententia plenior redditur et loco multum incunditatis comparatur.

In altera carminis parte Hermannus vv. 98—99 et vv. 101—103 transposuit.  
Plura cum viro doctissimo mutare non ausim. Nam parum recte mihi videtur  
egisse, quod v. 108 post v. 104 posuit. Non enim absurde quaerit mulier:

credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

quum ex Hermanni sententia omnis ei dubitatio exempta sit latratu canis. Hoc  
errore falsus Hermannus ita locum scribendum statuit:

credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

adspice: corripuit tremulis altaria flammis,

sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse, bonum fit  
nescio quid, certe est: et Hylax in limine latrat.

Equidem locum ita expediendum esse puto. Mulier, quum iam in eo esset, ut de effectu artis magicæ desperaret, subito altaria flammis corripit videt. Hoc bonum esse prodigium existimans dicit „bonum sit“, quod idem valet atque notum illud tritumque apud Romanos: „accipio omen“. Postquam hoc dixit, strepitum, quem tamen non bene distincteque cognoscit, foris esse audit. Itaque quum ambigua haeret, „nescio quid certe est!“ exclamat.<sup>12)</sup> Hanc opinionem affirmari putat latratu canis. Sed quum venientem videre non possit, dubitatio eius animum iterum occupat. Mox tamen strepitum illum quum clarius percipit omne dubium tollitur et puella, ne carmina diutius vim suam in Daphnide exerceant, exclamat:

parcite, ab urbe venit, iam parcite carmina, Daphnis.

## Adnotata.

1) In observanda hominum popularium cantilenas condendi consuetudine illud fere ubique licet animadvertere, primo illos nullam plerumque certam strophicam legem sequi, sed prout sententiarum nexus, ambitus, argumentum permittunt, maiores minoresve carminum partes efficere. Sed quum saepius canantur carmina latiusque per regiones propagentur, formae argumentique inaequalitas sensim sensimque obliteratur adeo quidem, ut post brevius longiusve tempus ab erudito doctoquo poeta factae esse videantur. Modus etiam canendi vocisque carmini cuique apta modulatio magis in dies firmatur. Quin etiam artificiora interdum carmina circumferuntur, quae haud facile ab huiusmodi hominibus profecta esse credideris. Eundem prorsus modum usumque etiam apud antiquas gentes observatum esse credibile est. Hominum enim natura plerumque hisce in rebus consentit eandemque viam ingreditur. Quae quum ita sint, cantilenarum popularium naturae certa quaedam responsionis vel divisionis lex abiudicari non poterit. Qualis autem ephymniorum canendorum ratio modusque fuerit, utrum iidem et strophas et ephymnia cecinerint, an unus strophas, alia ephymnia, haud facile decerni potest, quum utrumque ex rei natura apud gentes recentiores inveniatur.

2) A grammatico quodam additum suspicor, eiusmodi enim inscriptiones tum a carminibus popularibus quum doctorum virorum poëmatibus longissime absunt.

3) „Est Daphnis quoque florens annis et viribus (*ἀνδρῶν*, quod unus Scholiastarum hoc loco exhibet), quum negotia pastoris et venatoris tam strenue obeat, — dignus ergo est, cuius congressum appetas.“ Omnes quas viri docti huius loci emendationes proposuerunt, praeterquam quod libris non probantur, sententiae dif-

facultates tollere non possunt. Illud omnino tenendum est, non ex culto eruditoque Theocriti sed rudi pastorum ingenio hanc carminis partem profectam esse. Cuius quidem rei etiam huius loci sententia (cf. v. 105) argumento est, quum summam libidinem prodeat.

4) Hauptius vir doctissimus l. c. hanc carminis divisionem proponit:

A. 64. 65. (Mein.); B. 66—69; a. 71. 72; b. 74. 75; b. 77. 78. 80—83; b. 85—88. 90. 91. (vel 89, 90 ed. 3. Mein.); c. 92. 93; c. 95—98; c. 100—103; d. 105. 106 (aut 105. 109); d. 112. 113; e. 115—118; e. 123—126 (v. 120—123 ed. 3.); f. 128—130. 120. 121 (v. 125—130 ed. 3.); f. 132—136; B. 138—141.

Ex his numeris facile elucet, quibus in rebus Meinekius ab Hauptii divisione discedat.

5) Hic locus poetam parum eruditum prodit. Similes enim sententiae dirimuntur. Inde oratio languida fiat necesse est.

6) Illos locos vir clarissimus l. c. p. 261 designavit, quamvis, ut ipse confitetur, *πάλη* in optimis codicibus iam post v. 72, in uno bono post v. 83 a scholiis confirmatum reperiatur. Quamobrem illa adverbii positio mihi quidem aequae falsa esse videtur ac si eum pluribus editoribus prorsus omittere velis.

7) Idem vir, litterarum quondam eximium decus, in Animadvv. in Val. Cat. Dir. v. 14 *πάλη* illud Theocriteum acclamationem obiter insertam esse putat fierique eo modo simile Catoniano rursus. At quisque intelligit, non esse necessarium, ut Catonis ratione in carminibus Theocriti constituendis utamur. Tum etiam neminem fore puto, qui omnia omnia interpretandi subtilitate ἀρχετε et *πάλη* non coniungat.

8) Quamvis enim negari non possit, *ἄς* pro *ἕως* attico dorice dictum esse, tamen Sch. 5. P. interpretatio ab hoc loco alienissima iudicanda est. Quid enim vult sibi sententia: „quoad fieri potest,“ vel „quoad mihi permissum est?“ Praeterea Scholl. ad hunc nostrum locum satis luculenter sententiam proponunt: *ἄς ἔτι καὶ νῦν κ. τ. λ.: ἤρουν ἐκδέδεμαν ἐκκορευμῆς εἰμι, τοντέστι τῆ ψυχῆ· αὐτὸς δὲ οὐδέμιν φροντίδα ποιεῖται μου.*

9) Deest enim versus in 18. M. pr. (Ahr.), „in hoc a manu valde recenti ad marginem additus“. Equidem iure versus omissum vel potius primitus ab librario non esse inventum puto. Totius enim versus natura demonstrat, eum a grammatico vel alio quodam homine esse additum. Praecedentia enim et subsequenta negativa oratione concepta sunt, solus v. 22 affirmativa. Qua quidem re totus locus maxime languidus fiat necesse est. Eiecto versu oratio concinna efficitur. Vv. 20, 21 causam continent versuum 23, 24. Quae quatuor versuum ratio v. 22 perturbatur. Denique *κακοφωνία* in fine vv. 21, 22 verbo *ἄλδεν* efficitur, quae vix ferri potest. Accedit, quod hic locus interpolatori ad exercendum ingenium maxime opportunus videri poterat. Versus enim 22 sententia ultro sese obtulit. Quibus omnibus consideratis facere non possum, quin v. 22 spurium iudicem.

10) Observasse mihi videor, Moschum ita strophas finire plerumque, ut in versu penultimo diaeresi bucolica utatur, ita tamen ut Adonius tetrapodiam dactylicam sequens maiore aliqua interpunctione ab ea separetur. Ceterum Bucolicorum hexametri forma, adhibita diaeresi post quartum pedem, maxime ad pristinam formationem accedit. Neque mirum. Hominum enim popularium carmina antiquas usu traditas leges facilius retinent. Cf. doctissimam comment. E. a Leutsch in Philologo, tom. 12 p. 12 sqq.

11) Qua re commotus hos versus a praecedente stropha separaverim, paucis exponam. Poëta igitur duo potissimum lugentium genera videtur distinxisse, unum eorum, quae quasi decus deliciaeque vitae pastoricae habenda sunt. Ad hoc genus referuntur Apollo, Satyri, Priapi, Panes, Crenides, aquae, Echo, arbores, flores; alterum autem eorum, in quorum cura negotia pastorum maxime versantur, boves vaccaeque, oves et apes. Videtur autem consentaneum haec genera strophis discerni. Prius genus evidenter versibus 26—32 continetur, alterum duobus locis dispersum apparet, v. 23, 24 et v. 33—35. Quae quidem res Schmitzium commovit (l. c. p. 60), ut vv. 33—35 post v. 24 transponeret. Sed etiam vv. 23, 24 ab illo loco alieni mihi videntur, quum nimis abrupte a montibus ad vaccas fiat transitus et in Cod. D. verba καὶ αἶ — γοῶντι desint. Videtur enim poëta illa stropha montium, agrorum pratorumque dolorem exposuisse. Itaque fortasse hoc modo scribendum fuerit:

καὶ αἶ βόες αἶ ποτε γαύρωσ  
πλαζόμεναι γοῶντι καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι

μάλων οὐκ ἔρρευσε καλὸν γλέγγωσ κ. τ. λ.

12) Hermannum non recte „bonum fit nescio quid. certe est“ scripsisse, locus Catulli carm. 80, 5 sqq. docet. Formula nescio quid certe est nulla interpunctione dirimi potest. Est enim sententia: Ich weiss nicht, was Wahres an der Sache ist; i. w. n., ob ich richtig schliesse, das Rechte getroffen habe; ob wohl das Gerücht richtig ist, dass du etc. Tum poëta ipse dubium tollit: Sic certe est, clamant Victoris etc. Idem de formula apud Virgilium iudicandum est.